4658. — *Henrico de Svusheym*, can. eccl. s. Victoris extra muros Maguntin., in art. et in medicina mag., subdiac., person. vel off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. s. Victoris reservatur, non obst. quod in eadem eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere. — *In e.m.* preposito et decano s. Pauli, ac cantori s. Andree Wormatien. eccl. (*A.* 150, f. 73').

Ut s.

4659. — *Johanni de Appelby*, can. Eboracen., leg. doct., in Romana Curia advocato, qui nuper de canonicatu cum reserv. prebende eccl. Eboracen. provisus fuit, dign. seu person. c. c. vel s. c. aut off. c. c. in dicta eccl. Eboracen. (dummodo in ipsa eccl. dign. major post episcopalem non existat), reservatur, dimissis tamen parroch. eccl. de Whitebern, Dunelmen. dioc., et, si ipsa interim evincat, parroch. eccl. de Routhebury, Dunelmen. dioc., ac hospitale pauperum de Kypier, dicte dioc., in cujus fundatione ordinatum extitit quod in perp. benef. ecclesiast. clericis secul. assignetur, de quibus provisus fuit et super

Datum *Avenione*

quibus in Palatio apost. litigat. — *In e.m.* abbati monast. Novimonasterii, Dunelmen. dioc., et priori Dunelmen. ac decano s. Petri Avinionen. eccl. (*A.* 150, f. 94').

25 jan. 1363 (VIII kal. febr.)

4660. — *Ricardo Fullonis*, can. Bajocen., in jure civ. licent., in jure can. scolari, canonicatus eccl. Bajocen., cum reserv. prebende ac person. seu off., confertur, non obst. quod parroch. eccl. in des Cheriz, Abrincen. dioc., noscatur obtinere, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. b. Maurilii Andegaven. — *In e.m.* abbati monast. s. Michaelis in Periculo maris, Abrincen. dioc., et decano eccl. Cenomanen., ac officiali Andegaven. (*A.* 150, f. 61).

Ut s.

4661. — *Nicolao Fullonis*, can. Abrincen., in utr. jure licent., canonicatus eccl. Abrincen., cum reserv. prebende ac dign., person., admin. perp. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post episcopalem in ipsa eccl. non existat), confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam in b. Maurilii Andegaven. et capellaniam perp. in Andegaven. eccl. noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Coudraio Macouart, Andegaven. dioc., cum dign., person., admin. vel off. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. Omnium Sanctorum Andegaven., et decano eccl. Cenomanen., ac officiali Andegaven. (*A.* 150, f. 65').

Ut s.

4662. — *Johanni Fisceti*, can. Lexovien., in leg. et in art. licent., bac. in jure can., canonicatus eccl. Lexovien., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. (dummodo dign. ipsa in eadem eccl. major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Abrincen. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Boucheto [lege : Toucheto], Abrincen. dioc., cum dign. seu person. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Michaelis in Periculo maris, Abrincen. dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Andegaven. (*A.*150, f. 67).

Ut s.

4663. — *Yvoni Bouchier*, can. Leonen., licent. in utr. jure, canonicatus eccl. Leonen., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c., confertur, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Cornoalha, Nanneten. dioc., cum dign., person. vel off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Albini Andegaven., et Leonen. ac Andegaven. officialibus. (*A.* 150, f. 102').

1 (kal.) *febr. 1363*

4664. — Episcopo Electen. mandatur ut *Franciscus de Sonato*, archipresbyt. archipresbyteratus de Pogeto, Biterren. dioc., licent. in leg., de canonicatu eccl. Biterren., cum reserv. prebende ac off., provideatur, non obst. quod dictum archipresbyteratum c. c. noscatur obtinere. (*A.* 150, f. 110').

3 (III non.) *febr. 1363*

4665. — *Johanni Rogerii*, can. Senonen., licent. in leg., cui nuper canonicatus eccl. Senonen. sub expect. prebende collatus fuit, dign., person. aut off. etiam c. c. in dicta eccl. Senonen. (dummodo dign. major post pontificalem non existat), reservatur, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in s. Johannsi de Nogento Rotrodi, Carnoten. dioc., et in Omnium Sanctorum de Mauritania, Sagien. dioc., eccl. canonicatibus et portionibus (n. t.), cum prebendam dicte eccl. Senonen. assecutus fuerit. — *In e.m.* s. Johannis extra muros Senonen. et s. Genovefc Parisien. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 103).

Ut s.

4666. — *Arnaldo Guillelmi de Areuleto*, can. Convenarum, presbyt., off. in dicta eccl. Convenarum reservatur. — *In e.m.* abbati monast. Bonifontis, Convenarum dioc., et Riven. ac Conseranen. officialibus. (*A.* 150, f. 110').

Datum *Avenione*

4 (II non.) *febr.* *1363*

4667. — *Petro Berauldi de Tullo*, can. Cathalaunen., licent. in leg., in decr. bac., dign. c. c. vel s. c. (dummodo major post episcopalem non existat), person. aut off. in eccl. Cathalaunen. reservatur, non obst. quod nuper de canonicatu cum reserv. prebende in dicta eccl. per Urbanum PP. V provisus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Apri extra muros Tullen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Cathalaunen. (*A.* 150, f. 35').

5 (non.) *febr.* *1363*

4668. — *Jacobo Lanfredini*, can. Pennen., in utr. jure perito, unus de prioratibus vel plebanatibus secul. et collegiatarum eccl. existentium in civ. et dioc. Florentin., quarum alique per priores qui ad prioratus, alie vero per plebanos, qui ad plebanatus earumdem eccl. consueverint per electionem assumi, gubernantur, reservatur, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in Pennen. ac in Adrien. et in s. Angeli de civitate [Sancti Angeli], Pennen. dioc., eccl. canonicatibus et prebendis. — *In e.m.* episcopo Pistorien., et archidiacono Januen., ac *Petro Ruspi*, can. Florentin. eccl. (*A.* 150, f. 97).

13 (id.) *febr.* *1363*

4669. — *Johanni de Wambeke*, can. Leodien., licent. in art., presbyt., canonicatus eccl. Leodien., cum reserv. prebende ac off., confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam in eccl. s. Servatii Trajecten., Leodien. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* s. Agricoli Avinionen. et s. Pauli ac s. Martini Leodien. eccl. decanis. (*A.* 150, f. 94).

Ut s.

4670. — *Johanni de Sembers*, can. Cameracen., canonicatus eccl. Cameracen., cum reserv. prebende ac dign. vel off. (dummodo dign. major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod in s. Marie Magdalene Virdunen., Treveren. dioc., et in b. Marie Virginis Yvodien., Leodien. dioc., eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, prepositura in eccl. s. Georgii Wassenogien., Leodien. dioc. — *In e.m.* abbati monast. s. Johannis de Valenchinis, Cameracen. dioc., et s. Agricoli Avinionen. ac s. Gaugerici Cameracen. eccl. decanis. (*A.* 150, f. 114).

14 febr. 1363 (XVI kal. mart.)

4671. — *Vitali Karoli*, can. Burdegalen., dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post pontificalem non existat) in eccl. Burdegalen. reservatur, non obst. quod in Burdegalen. eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, cassa tamen provisione de canonicatu et prebenda eccl. s. Severini Burdegalen. ab Urbano PP. V concessa, super qua littere apost. facte non fuerunt, necnon dimissa parroch. eccl. de Absaco, Burdegalen. dioc. (15 l. t.). — *In e.m.* abbati monast. s. Crucis Burdegalen., et s. Agricoli Avinionen., ac s. Severini Burdegalen. eccl. decanis. (*A.* 150, f. 36').

15 febr. 1363 (XV kal. mart.)

4672. — *Ludovico Balbeti*, can. Claromonten., licent. in jure civ., canonicatus eccl. Claromonten., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post episcopalem in eadem eccl. non existat), confertur, non obst. quod in Autosiodoren. eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Duroforti, Auxitan. dioc., cum dign., person. vel off. c. c. assecutus fuerit ; dimissis vero canonicatu et prebenda in eccl. Senonen., si de prefata prebenda provisus sit, cum canonicatum et prebendam ac dign., person. seu off. assecutus fuerit, prout se sponte obtulit. — *In e.m.* episcopo Autisiodoren., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Claromonten. (*A.* 150, f. 42).

Ut s.

4673. — *Ade de Pottowe*, can. Lincolnien., theol. prof., dign., person. seu off. c. c. vel s. c. in eccl. Lincolnien. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod perp. portionem in eccl. s. Probi, Exo-

Datum *Avenione*

nien. dioc., noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Ensham, Eboracen. dioc. — *In e.m.* priori de Drax, Eboracen. dioc., et archidiacono Clifaudie, ac cancellario eccl. Eboracen. (*A.* 150, f. 51').

Ut s.

4674. — *Villermo Heytrysburi*, can. Saresbirien., theol. prof., univers. studii Exonien. cancellario, canonicatus eccl. Saresbirien., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. in eadem eccl. major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. de Wynkham, Cantuarien. dioc., noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Icham, Cantuarien. dioc. — *In e.m.* episcopo Roffen., et decano s. Agricoli Avinionen., ac thesaurario Exonien. eccl. (*A.* 150, f. 91').

Ut s.

4675. — *Thome Ffarynglowe*, can. Eboracen., theol. prof., canonicatus eccl. Eboracen., cum reserv. prebende ac dign. vel person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. in eadem eccl. major post pontificalem non existat), confertur, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, perp. vicaria eccl. Emeldon, Dunelmen. dioc. (20 l. sterl.). — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et thesaurario Exonien. eccl., ac officiali Dunelmen. (*A.* 150, f. 105).

19 febr. 1363 (XI kal. mart.)

4676. — *Hamoni de Hac*, can. Laudunen., in jure civ. et in art. licent., dign., person. seu off. c. c. vel s. c. in eccl. Laudunen. (dummodo dign. major in eadem eccl. post episcopalem non existat) confertur, non obst. quod auctoritate litterarum Urbani PP. V canonicatum sub expect. prebende dicte Laudunen. eccl. obtineat, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Tregavau, Maclovien. dioc., et canonicatu cum reserv. prebende eccl. Briocen., de quibus per litteras Innocentii PP. VI provisus fuit, sed ignorat an dictam prebendam assecutus fuerit vel non. — *In e.m.* s. Martini Laudunen. et s. Genovefe Parisien. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 78).

22 febr. 1363 (VIII kal. mart.)

4677. — *Johanni de Merton*, can. Lichefelden., leg. doct., canonicatus eccl. Lichefelden., cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post episcopalem non existat), confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Ellesworth, Elien. dioc., cum dign., person. aut off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* Londonien. et Hereforden. ac s. Agricoli Avinionen. decanis eccl. (*A.* 150, f. 76').

Ut s.

4678. — *Nicolao Bacthoro*, can. Exonien., leg. doct., canonicatus eccl. Exonien., cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post episcopalem non existat), confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Ditton, Elien. dioc., cum dign. vel person. aut off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Thome de Paxton* ac *Roberto de Stratton*, can. Lincolnien. eccl. (*A.* 150, f. 82).

27 febr. 1363 (III kal. mart.)

4679. — *Cunrado* dicto *Last*, can. Augusten., qui in Bononien. et Paduan. studiis v an. et amplius in jure can. studuit, canonicatus eccl. Augusten. prov. Maguntin., cum reserv. prebende ac person. seu off. etiam c. c., confertur, non obst. quod canonicatum sub expect. prebende in eccl. Constancien. noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. in Jesingen, Constancien. dioc., cum person. vel off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. in Bebenhusen, Constancien. dioc., et *Nicolao Saetelli de Ravenspurg* ac *Theoderico* dicto *Last*, can. eccl. Constancien. (*A.* 150, f. 44).

4 (IV non.) *mart. 1363*

4680. — *Johanni de Grandissono*, can. Bisuntin., dign., person. seu off. etiam c. c. in eccl. Bisuntin. (dummodo dign. major post pontificalem in eadem

Datum *Avenione*

eccl. non existat) reservatur, non obst. quod in Bisuntin. canonicatum et prebendam (10 l. t.) et in Lausanen. eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Chavornayo, Lausanen. dioc., cum dign., person. seu off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* s. Pauli et s. Vincentii Bisuntin. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 88).

7 (non.) *mart. 1363*

4681. — *Matheo Bernardi,* can. Carnoten., licent. in leg. ac in jure can. studenti, canonicatus eccl. Carnoten., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. etiam c. c. (dummodo dign. in eadem eccl. major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod in eccl. Andegaven. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimisso tamen archidiaconatu Redonen., cum dign., person. vel off. c. c. eccl. Carnoten. assecutus fuerit ; dimissis vero, prout se sponte obtulit, archidiaconatu Redonen. et cantoria (que simplex off. est) s. Magnobodi Andegaven. eccl., ac Sancti Leonardi, Andegaven. dioc., necnon Redonen. eccl. canonicatibus et prebendis, cum dign., person. seu off. ac canonicatum et prebendam eccl. Carnoten. assecutus fuerit. — *In e.m.* episcopo Eduen., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Parisien. (*A.* 150, f. 59).

13 (III id.) *mart. 1363*

4682. — *Jacobo Thaddei,* can. Riven., bac. in leg., qui per IV an. in studio Tholosan. jura civ. legit, canonicatus eccl. Riven., cum reserv. prebende ac dign., person., admin. perp. vel off. (dummodo dign. major post episcopalem non existat), confertur, cassis tamen litteris Urbani PP. V, quibus benef. ecclesiast. (c. c. vel s. c.), ad collat. episcopi et cap. Appamiarum pertinens, expectat. — *In e.m.* preposito et archidiacono de Ulmesio eccl. Tholosan., ac officiali Tholosan. (*A.* 150, f. 66').

14 (II id.) *mart. 1363*

4683. — *Laurentio Baulavere,* can. Cenomanen., leg. doct., in jure can. licent., presbyt., consideratione Michaelis, episc., et cap. Cenomanen. asserentium ipsum officialem Cenomanen. fore et in studio Andegaven. in jure can. et civ. per x extraordinarie primo et deinde per x alios annos et ultra ordinarie legisse multaque commoda dicte eccl. et toti patrie attulisse, dign. vel person. seu off. etiam c. c. in eccl. Cenomanen. (etiam si ad dign. ipsam consueverit quis per electionem assumi, dummodo dign. ipsa major post episcopalem in eadem eccl. non existat) reservatur, non obst. quod in dicta eccl. Cenomanen. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in b. Martini Andegaven. una ac in de Resto, Andegaven. dioc., eccl. alia et in capella castri de Doadio, Andegaven. dioc., alia perp. capellaniis (n. t.) et parroch. eccl. de Breceyo c. c., Cenomanen. dioc., cum dign., person. vel off. c. c. assecutus fuerit ; dimissis vero dictis perp. capellaniis, si off. s. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* s. Vincentii Cenomanen. et s. Albini Andegaven. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 100').

19 mart. 1363 (XIV kal. apr.)

4684. — *Wilhelmo Horborch,* can. eccl. b. Marie Hamburgen., Bremen. dioc., bac. in decr., dign., person. seu off. (c. c. vel s. c.) in dicta eccl. b. Marie Hamburgen. (etiam si ad ipsa consueverit quis per electionem assumi) reservatur, non obst. quod in eccl. parroch. s. Catherine in Hamborch, Verden. dioc., perp. capellaniam obtineat et quod nuper de canonicatu dicte eccl. b. Marie Hamburgen. cum reserv. prebende majoris provisus fuerit, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, prepositura eccl. s. Andree Verden., consueta can. eccl. Majoris Verden., cujus dictus Wilhelmus can. existit, conferri. —

Datum *Avenione*

In e.m. episcopo Convenarum, et abbati monast. in Rossevelde, Bremen. dioc., ac decano eccl. Lubicen. (*A.* 150, f. 47').

23 mart. 1363 (X kal. apr.)

4685. — *Johanni de Foris*, can. Ebroicen., in utr. jure et in art. licent., canonicatus eccl. Ebroicen., cum reserv. prebende ac dign. vel person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. major post episcopalem non existat), confertur, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Londinariis, Rothomagen. dioc., cum dign. vel person. seu off. c. c. assecutus fuerit ; dimissis vero dicta parroch. eccl. et capella s. Ludovici sita in eccl. s. Ermelandi Rothomagen., cum canonicatum et prebendam ac dign., person. seu off. assecutus fuerit. — *In e.m.* decano eccl. Rothomagen., et Parisien. ac Rothomagen. officialibus. (*A.* 150, f. 90).

19 apr. 1363 (XIII kal. maii)

4686. — *Johanni de Wormenhale*, can. Saresbirien., leg. doct., qui nuper de canonicatu sub expect. prebende eccl. Saresbirien. provisus fuit, dign., person. vel off. etiam c. c. in dicta eccl. Saresbirien. (dummodo in ipsa eccl. dign. major post episcopalem non existat) reservatur, dimissa tamen parroch. eccl. de Ffelgham, Cicestren. dioc. — *In e.m.* episcopo Londonien., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Cantuarien. (*A.* 150, f. 70).

20 apr. 1363 (XII kal. maii)

4687. — *Guillelmo Samer*, can. Barchinonen., in jure can. provecto, qui olim, commissarius et subcollector fructuum Camere apost. debitorum existens, sepe pro dictis et aliis prefate Camere negociis mortis periculum incurrit, dign. vel off. c. c. et s. c. in eccl. Barchinonen. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod in eadem eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. s. Michaelis Barchinonen., cum dign. seu off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Cucufati, Barchinonen. dioc., et decano ac *Fulconi Pererii*, can. eccl. Valentinen. (*A.* 150, f. 72).

Ut s.

4688. — *Sygero de Novolapide*, can. Leodien., mag. in art., qui multis annis in locis privilegiatis et solemnibus in jure civ. non sine magnis expensis studuit et olim, tempore Innocentii PP. VI, pro Camere apost. negotiis magnos labores et expensas sustinuit, canonicatus eccl. Leodien., cum reserv. prebende ac dign. c. c. vel s. c. (etiam si ad ipsam consueverit quis per electionem assumi, consuetam dicte eccl. can. prebendatis assignari), confertur, non obst. quod in s. Servatii Trajecten., Leodien. dioc., et in s. Rumoldi Machlinien., Cameracen. dioc., eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in eccl. s. Servatii Trajecten., Leodien. dioc., decanatu et in eccl. parroch. de Heyste, Cameracen. dioc., benef. s. c., « personatus » nuncupato, cum dign. assecutus fuerit. — *In e.m.* episcopo Cameracen., et abbati monast. Grimbergen., Cameracen. dioc., ac decano eccl. s. Rumoldi Machlinien., Cameracen. dioc. (*A.* 150, f. 72').

27 apr. 1363 (V kal. maii)

4689. — *Petro de Velde*, can. Trajecten., licent. in decr., canonicatus eccl. Trajecten., cum reserv. prebende ac supplementi necnon dign., person., admin. perp. vel off. c. c. vel s. c. (etiam si ad eamdem dign. per electionem consueverit quis assumi, dummodo dign. major post episcopalem in eadem eccl. non existat), confertur, non obst. quod in eccl. b. Marie Trajecten. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Vorhout, Trajecten. dioc., cum prebendam et supplementum aut dign., person., admin. vel off. assecutus fuerit. — *In e.m.* archiepiscopo Ebredunen., et abbati monast. s. Pauli, ac *Theodorico de Juetfaes*, can. Trajecten. (*A.* 150, f. 71).

Datum *Avenione*

1 (kal.) *maii* *1363*

4690. — *Johanni Berno*, can. eccl. s. Martini Turonen., una prepositura (100 fl. a.) in dicta eccl. b. Martini, in qua nonnulle prepositure, que simplicia off. esse noscuntur, consuete per can. ipsius eccl. gubernari existunt, reservatur, non obst. quod in dicta eccl. s. Martini canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in eccl. s. Syreney de Biliomo, Claromonten. dioc., canonicatu et prebenda et in eccl. de Gumepia supra Mosam, Leodien. dioc., s. Johannis Baptiste et in eccl. de Dus, Leodien. dioc., s. Nicolai altaribus. — *In e.m.* Morinen. et Nemausen. episcopis, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 83').

2 (VI non.) *maii* *1363*

4691. — *Petro Forceti*, can. Claromonten., in utr. jure licent., canonicatus eccl. Claromonten., cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. aut perp. admin. (dummodo dign. in eadem eccl. major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod in eccl. de Barro, Lingonen. dioc., capellam, « prebenda » nuncupatam, obtineat, dimissis tamen capellania perp. s. Trinitatis in eccl. ss. Cosme et Damiani de Lusarchiis, Parisien. dioc., et canonicatu ac semiprebenda in eccl. de Claromonte, Belvacen. dioc., cum prebendam in dicta eccl. Claromonten. assecutus fuerit ; dimissis vero b. Marie de Capella juxta Cresciacum, Melden. dioc., et s. Lupi de Briennone, Senonen. dioc., eccl. canonicatibus et prebendis, cum dign., person. seu off. aut admin. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Illidii Claromonten., et decano s. Agricoli Avinionen., ac *Reginaldo de Neomio*, can. Parisien. eccl. (*A.* 150, f. 112).

6 (II non.) *maii* *1363*

4692. — *Raymundo de Podio*, can. Vivarien., mag. in art., presbyt., in medicina licent., canonicatus eccl. Vivarien., in qua, licet sit certus can. numerus, prebendarum tamen distinctio non habetur, cum reserv. dign. seu person., off. aut admin. perp. c. c. vel s. c., ad collat. capituli dicte eccl. spectantia, confertur, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, quodam perp. benef., « choraria » nuncupato, in eccl. Vivarien. et parroch. eccl. de Caution (?), Uticen. dioc. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Giraudo de Calma*, can. Valentin. eccl., ac officiali Valentin. (*A.* 150, f. 106).

9 (VII id.) *maii* *1363*

4693. — *Waltero de Amancia*, can. Meten., diac., qui eccl. Meten. et jura ejus per ipsum et amicos suos defendit, dign., person. vel off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Meten. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod in eccl. Meten. sub expect. prebende et in eccl. Treveren. cum prebenda canonicatus obtineat, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, canonicatu et prebenda eccl. s. Deodati de Sancto Deodato, Tullen. dioc. — *In e.m.* s. Apri extra muros Tullen. et s. Vincentii Meten. monast. abbatibus, et decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 99).

12 (IV id.) *maii* *1363*

4694. — *Johanni Schumer*, can. Leodien., bac. in decr., canonicatus eccl. Leodien., cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. c. c. (dummodo dign., person. vel off. 300 fl. a. non excedant et dign. major post episcopalem in eadem eccl. non existat), confertur, non obst. quod in eccl. Sozatien., Colonien. dioc., canonicatum et prebendam obtineat, dimissis tamen in Monasterien. [in Meynevelt], Treveren. dioc., et s. Cuniberti Colonien. ac Monasterien. eccl. canonicatibus et prebendis, cum dign., person. vel off. assecutus fuerit ; dimissis vero in Bunnen., Colonien. dioc., eccl. canonicatu et prebenda ac cantoria, que simplex off. s. c. existit, de qua provisus fuit, si eam interim assequatur, cum canonicatum et prebendam dicte eccl. Leodien. assecutus fuerit. — *In e.m.*

Datum *Avenione*

s. Agricoli Avinionen. et s. Cuniberti Colonien. ac Monasterien. in Meynevelt, Treveren. dioc., decanis eccl. (*A.* 150, f. 84).

21 maii 1363 (XII kal. jun.)

4695. — *Humberto Darz*, can. Lugdunen., bac. in leg., dignitas in eccl. Lugdunen. (dummodo in eadem eccl. major post archiepiscopalem non existat) reservatur, non obst. quod in dicta eccl. Lugdunen. canonicatum cum portione obtineat, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, canonicatu cum prebenda in eccl. de Barroducis, Tullen. dioc., et canonicatu eccl. Dien., de quo nuper provisus fuit, si ipsum interim evincat. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Johanni Carrerie*, can. Maurianen. eccl., ac officiali Lugdunen. (*A.* 150, f. 109).

29 maii 1363 (IV kal. jun.)

4696. — *Ottoni de Thenis*, can. Leodien., licent. in leg., in jure can. perito, consideratione cap. eccl. Leodien., dign., person. vel off. c. c. vel s. c. consueta can. dicte eccl. Leodien. assignari (etiam si ad ipsa consueverit quis per electionem assumi, dummodo dign. major in eadem post episcopalem vel in collegiata eccl. principalis non existat) reservatur, non obst. quod nuper de canonicatu cum reserv. prebende ejusdem Leodien. eccl. provisus fuerit, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. s. Martini Leodien. — *In e.m.* s. Agricoli Avinionen. et s. Martini ac s. Petri Leodien. eccl. decanis. (*A.* 150, f. 104).

1 (kal.) *jun. 1363*

4697. — *Johanni de Buscha*, can. Cracovien., qui ab Innocentio PP. VI de canonicatu cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. eccl. Cracovien. provisus fuit, et qui, prebenda in dicta eccl. assecuta, dign. person. vel off. nondum assecutus est, consideratione Kazimiri, regis Polonie, cujus vicecancellarius et nuntius ad Romanam Curiam destinatus est, dign. person. vel off. in predicta eccl. Cracovien. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod in Cracovien. et in Gneznen. eccl. canonicatus et prebendas obtineat, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in eccl. s. Georgii Castri Cracovien. canonicatu et prebenda et, si illa assequi ab ipso contingat, canonicatibus et prebendis Poznanien. et Wladislavien. eccl., de quibus ab Innocentio PP. VI provisus fuit, cassis vero litteris dicti Innocentii PP. — *In e.m.* episcopo Wratislavien., et abbati monast. Tincien., Cracovien. dioc., ac preposito eccl. Avinionen. (*A.* 150, f. 108).

6 (VIII id.) *jun. 1363*

4698. — *Michaeli Duroux*, can. Turonen., in jure civ. licent., qui nuper de canonicatu cum reserv. prebende eccl. Turonen. provisus fuit, dign., person. seu off. aut admin. perp. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Turonen. (dummodo dign. major post pontificalem non existat) reservatur, dimissa tamen parroch. eccl. s. Sulpicii de Rodio, Andegaven. dioc. (n. t.), cum dign., person. vel off. seu admin. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. s. Albini Andegaven., et Redonen. ac Andegaven. officialibus. (*A.* 150, f. 85).

14 jun. 1363 (XVIII kal. jul.)

4699. — Officiali Aurelianen. mandatur ut *Petro Martini de Manillo*, can. eccl. Cathalaunen., licent. in leg., dign., person. vel off. s. c. in dicta eccl. Cathalaunen. (dummodo dign. in eadem eccl. major post episcopalem non existat) reservetur, non obst. quod nuper de canonicatu cum reserv. prebende dicte eccl. Cathalaunen. provisus fuerit, dimissa tamen perp. capellania (n. t.) capelle s. Anne de Manillo, Cathalaunen. dioc. (*A.* 150, f. 108').

15 jun. 1363 (XVII kal. jul.)

4700. — *Gerhardo*, nato qd. *Henrici de Wederden*, can. eccl. Magdeburgen., bac. in decr., subdiac., qui alias in Romana Curia jura can. legit et qui canonicatum et prebendam minorem in eccl. Magdeburgen., in qua minores et majores prebende existunt, obtinuit, una de dictis majoribus prebendis ac person. vel off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Magdeburgen. reservatur, non obst.

Datum *Avenione*

quod in eccl. Merseburgen. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissis tamen in eccl. Magdeburgen. minore prebenda ac in eccl. Halberstaden. canonicatu et prebenda, cum prebendam majorem in eadem Magdeburgen. eccl. assecutus fuerit ; dimissa vero capella s. Gingolfi Magdeburgen., cum person. vel off. assecutus fuerit. — *In e.m.* Brandeburgen. et Omnium Sanctorum in Wittenberg, [Brandeburgen. dioc.], eccl. ac monast. in Liezk [lege : Leitzkau, Brandeburgen. dioc.], per prep. soliti gubernari, prepositis. (*A.* 150, f. 80).

22 jun. 1363 (X kal. jul.)

4701. — *Stephano Johannis*, can. Turonen., licent. in decr., consideratione Philippi, archiepisc. Turonen., asserentis dictum Stephanum, officialem Turonen., pro suis ac qd. Petri, archiepisc. Turonen., ac eccl. Turonen. juribus defendendis labores sustinuisse et adhuc sustinere, dign., person. seu off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Turonen. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod in dicta eccl. Turonen. canonicatum sub expect. prebende noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Ploeyscalleuc, Corisopiten. dioc., ubi vigent guerre, et in eccl. Turonen. una et in eccl. de Lerneyo, Turonen. dioc., alia perp. capellaniis (n. t.). — *In e.m.* abbati monast. s. Juliani de Scalaria Turonen., et decano ac cantori eccl. Turonen. (*A.* 150, f. 92).

23 jun. 1363 (IX kal. jul.)

4702. — *Friderico de Swab*, can. Wormatien., decr. doct., canonicatus eccl. Wormatien., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (cujus quidem dign., person. seu off. fructus 400 fl. a. non excedunt, etiam si ad dign. consueverit quis per electionem assumi, dummodo dign. in eccl. ipsa major post episcopalem non existat), confertur, non obst. quod Aschaffinburgen., Maguntin. dioc., ac s. Stephani Maguntin. eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissa tamen in dicta eccl. Aschaffinburgen. cantoria — cujus cantorie, dictorum canonicatum et prebendarum fructus 150 fl. a. sec. com. ext. non excedunt —, cum dign., person. seu off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* priori s. Firmini de Montepessulano, Magalonen. dioc., et thesaurario Majoris ac cantori s. Johannis Maguntin. eccl. (*A.* 150, f. 81).

Ut s.

4703. — *Radulpho de Lenggele*, can. Meneven., mag. in theol., canonicatus eccl. Meneven., cum reserv. prebende ac dign., person. vel off. etiam c. c. (dummodo dign. major in eadem eccl. post episcopalem non existat), confertur, dimissa tamen parroch. eccl. de Hornyngisbergh [lege : Hornyngisherth], Norwicen. dioc., cum dign., person. seu off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* Vallen. [lege : Wellen.] et Hereforden. episcopis, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 150, f. 83).

25 jun. 1363 (VII kal. jul.)

4704. — *Petro de Opul*, can. Wratislavien., consideratione Preczlai, episc. Wratislavien., asserentis dictum Petrum officialem Wratislavien. fore multisque an. ipsi et eccl. Wratislavien. fideliter servivisse, dign., person. seu off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Wratislavien. (dummodo dign. major post episcopalem non fuerit) reservatur, non obst. quod in Lubucen. et in Majori Wratislavien. eccl. canonicatus et prebendas obtineat, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, canonicatu et prebenda, « personalis » nuncupata, eccl. s. Crucis Wratislavien., cassis vero litteris Innocentii PP. VI de quibus benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad episc. Wratislavien. collat. pertinens expectabat, necnon concessione a dicto Innocentio PP. ipsi facta de dign., person. seu off. ad dicti episc. collat. pertinente. — *In e.m.* abbati monast. s. Marie in Arena extra muros Wratislavien.,

Datum *Avenione*

et decano s. Agricoli Avinionen., ac scolastico s. Crucis Wratislavien. eccl. (*A.* 150, f. 106').

26 jun. 1363 (VI kal. jul.)

4705. — *Theoderico* dicto *Last*, can. Spiren., in jure perito et Caroli, Roman. imperatoris, capell., qui nuper de canonicatu eccl. Spiren. cum reserv. prebende provisus fuit, dign., person. vel off. (40 march. arg.) in dicta eccl. Spiren. (etiam si dign. ipsa in eadem eccl. major post episcopalem existat et ad ipsam consueverit quis per electionem assumi ac c. c.) reservatur, non obst. quod in eccl. Constancien. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa vero, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. in Ufningen, Constancien. dioc., cum dign. vel person. assecutus fuerit. — *In e.m.* abbati monast. in Bebenhusen, Constancien. dioc., et decano s. Agricoli Avinionen., ac *Nicolao Saet[t]elli*, can. Constancien. eccl. (*A.* 150, f. 79).

Ut s.

4706. — *Arnaldo de Samorcemno*, can. Convenarum, licent. in leg., dign., person. seu off. in eccl. Convenarum (dummodo dign. in dicta eccl. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod nuper, canonicatu eccl. Convenarum obtento, de prebenda ibidem, possessione nondum assecuta, provisus fuerit, dimissa tamen parroch. eccl. de Montecaprario, Tholosan. dioc., cum dign. vel person. assecutus fuerit. — *In e.m.* Fuxen., Appamiarum dioc., et de Cumbalonga, Conseranen. dioc., monast. abbatibus, et officiali Convenarum. (*A.* 150, f. 96).

1 (kal.) *jul. 1363*

4707. — *Conrado de Geylenhusen*, can. eccl. s. Johannis Evang. Leodien., licent. in art., in theol. perito, canonicatus dicte eccl. s. Johannis Evang., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (dummodo dign. principalis in dicta eccl. non existat), confertur, non obst. quod in eccl. b. Marie ad Gradus Maguntin. canonicatum et prebendam obtineat, dimissa tamen, si eam interim evincat, parroch. eccl. de Bondorf, Constancien. dioc., super qua litigat, cum dign., person. vel off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* decano s. Servatii Trajecten., Leodien. dioc., et s. Andree Wormacien. ac b. Katherine in Oppenheim, Maguntin. dioc., cantoribus eccl. (*A.* 150, f. 104').

10 (IV id.) *aug. 1363*

4708. — *Nicolao Clariom*, can. Barchinonen., bac. in decr., qui nuper de canonicatu cum reserv. prebende eccl. Barchinonen. provisus fuit, unum de simplicibus off., consuetis can. prebendatis dicte eccl. assignari in dicta eccl. Barchinonen., etiam si prepositura nuncupetur, reservatur, non obst. quod parroch. eccl. s. Felicis de Rahona, Barchinonen. dioc. (45 l. t.), noscatur obtinere. — *In e.m.* precentori Elnen., et Vicen. ac Oscen. sacristis eccl. (*A.* 150, f. 101').

12 (II id.) *aug. 1363*

4709. — *Johanni Arnaldi de Spercia*, can. Conseranen., in dioc. Riven. subcollectori, canonicatus eccl. Conseranen., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. (dummodo dign. major post episcopalem non existat in dicta eccl.), confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Riven. noscatur obtinere, dimissa tamen sacristia [alibi : scolastria c. c.] eccl. Riven., cum dign. vel person. assecutus fuerit ; dimissis vero dicta sacristia et stolania s. c. eccl. de Galerio, Conseranen. dioc., cum prebendam et off. assecutus fuerit. — *In e.m.* preposito et *Leoni de Palheriis* ac *Arnaldo de Birnosio*, can. eccl. Riven. (*A.* 150, f. 88' et 110').

31 aug. 1363 (II kal. sept.)

4710. — Precentori eccl. Saresbirien. mandatur ut *Johanni de Gormondchestre*, can. eccl. Cicestren., dign., person. seu off. c. c. vel s. c. in dicta eccl. Cicestren. (dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservetur,

Datum *Avenione*

non obst. quod canonicatum et prebendam prefate Cicestren. eccl. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Chunnoslend, Exonien. dioc. (*A.* 150, f. 89 et 91).

27 sept. 1363 (V kal. oct.)

4711. — *Nicolao de Tholono*, can. Eduen., licent. in leg., consideratione Egidii, tituli s. Martini in Montibus presbyt. card., dign., person. vel off. in eccl. Eduen. (etiam si ad ipsa quis consueverit per electionem assumi vel c. c., dummodo dign. major post episcopalem non existat) reservatur, non obst. quod in Eduen. ac in de Vergeyo, Eduen. dioc., eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. de Boriocomitis, Eduen. dioc. — *In e.m.* abbati monast. s. Martini [Eduen.], et priori eccl. s. Simphoriani extra muros Eduen., ac officiali Eduen. (*A.* 150, f. 98).

3 (V non.) *oct. 1363*

4712. — *Jacobo de Valle*, cler. Parisien., mag. in art., benef. ecclesiast. (s. c. 40 l. t.), etiam si simplex off. existat, ad decani et cap. eccl. Belvacen. collat. pertinens, reservatur. — *In e.m.* decano et archidiacono eccl. Parisien., ac officiali Belvacen. (*A.* 150, f. 105').

URBANI PP. V

DE DIGNITATIBUS VACANTIBUS

AN. I (1362-1363) *

8 (VI id.) *nov. 1362*

4713. — *Petro de Silona*, archidiac. Lodoven., in utr. jure licent., collatio archidiaconatus eccl. Lodoven., vac. per promotionem Berengarii ad eccl. Coseranen., consideratione Aymerici, episc. Lodoven., cujus officialis Lodoven. existit, ab Innocentio PP. VI id. jul. a. p. X (15 jul. 1362) concessa, confirmatur, non obst. quod in dicta eccl. Lodoven. canonicatum noscatur obtinere, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. s. Dyonisii Exoldunen. et perp. capellaniis una in Castravicecomitis, Bituricen. dioc., et alia in s. Johannis Euvang. Bituricen. eccl., prout se sponte obtulit, necnon cassis litteris dicti Innocentii PP. per quas prefatus Petrus in dicta eccl. Lodoven. prebendam expectat ; presentibus litteris a supradicta die valituris, cum tempore Innocentii PP. littere apost. minime confecte fuerint. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Guidoni de Pestello*, Ruthenen., ac *Johanni Guioti*, Bituricen. eccl. can. (*A.* 151, f. 1).

Ut s.

4714. — *Silano*, nato qd. *Petri de Senis*, can. ac archidiac. eccl. Cortonen., collatio canonicatus et prebende ac archidiaconatus dicte eccl. Cortonen. cum eidem archidiaconatui annexis (10 fl. a.), vac. per promotionem Johannis ad eccl. Theanen., ab Innocentio PP. VI II kal. sept. a. p. X (31 aug. 1362) concessa, confirmatur, dimissa tamen eccl. (c. c.) s. Quirici Senen., prout se sponte

---

* Par Pierre Gasnault.

Datum *Avenione*

obtulit ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* s. Salvatoris de Bernardinga [lege : Berardinga], Aretin. dioc., et s. Eugenii, Senen. dioc., monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 151, f. 1').

Ut s.

4715. — *Willelmo Boldwyn*, archidiac. de Kermerdyn in eccl. Meneven., in utr. jure perito, collatio archidiaconatus de Kermerdyn (qui est dign. c. c.), vac. per obitum ap. Sed. apost. David Martin, ab Innocentio PP. VI non. aug. a. p. X (5 aug. 1362) concessa, confirmatur ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* de Haverfordia et de Pembrochia monast., per priores solitorum gubernari, Meneven. dioc., prioribus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 151, f. 4).

Ut s.

4716. — *Hugoni Dalphini*, can. eccl. Claromonten. et archidiac. Brivaten. in dicta eccl., collatio canonicatus et prebende sacerdotalis predicte eccl. Claromonten. ac archidiaconatus Brivaten. (qui archidiaconatus simplex off. existit), vac. per obitum ap. Sed. apost. Petri, episc. Ostien., ab Innocentio PP. VI XIII kal. sept. a. p. X (20 aug. 1362) concessa, confirmatur, non obst. quod dictus Hugo canonicatum et prebendam eccl. Brivaten., Sancti Flori dioc., et abbatiam (que dign. est) secul. et collegiate eccl. s. Genesii, Claromonten. dioc., noscatur obtinere ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Claromonten. (*A.* 151, f. 12).

Ut s.

4717. — Priori s. Michaelis Berteldi Florentin. et preposito s. Stephani de Prato, Pistorien. dioc., ac plebano s. Marie de Ciliciaula, Florentin. dioc., plebum mandatur ut *Frescho Bellisfortis*, presbyt. Florentin., collatio plebanatus c. c. et collegiate plebis s. Martini de Vado, Fesulan. dioc., qui, vacans per obitum Tamani de Mancino, tanto tempore vacavit quod collatio ad Sed. apost. legitime devoluta erat, ab Innocentio TPP. VI VI kal. aug. a. p. X (27 jul. 1362) concessa, confirmetur ; presentibus litteris, etc. (*A.* 151, f. 15').

Ut s.

4718. — *Bertrando de Villamuro*, can. eccl. Albien. et archidiac. de Lautrico in eadem eccl., collatio archidiaconatus de Lautrico in predicta eccl. Albien., vac. per obitum ap. Sed. apost. Bernardi, s. Eustachii diac. card., ab Innocentio PP. VI VI kal. jul. a. p. X (26 jun. 1362) motu proprio concessa, confirmatur, non obst. quod dictus Bertrandus, cum in XIX etatis sue an. constitutus sit, defectum etatis patiatur ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Ulrico Seguini*, can. Vauren. eccl., ac officiali Albien. (*A.* 151, f. 20).

Ut s.

4719. — Episcopo Civitatis Ca[ste]lli mandatur ut *Arrigo*, nato *Johannis Donati*, cler. Pistorien., collatio canonicatus et prebende ac prepositure eccl. Pistorien., vac. per obitum ext. Rom. cur. Jacobi de Pistorio, scriptoris litterarum penitentiarie apost. Sedis, ab Innocentio PP. VI V non. maii a. p. X (3 maii 1362) concessa, confirmetur ; presentibus litteris, etc. (*A.* 151, f. 23').

Ut s.

4720. — Preposito monast. Laurisen., Maguntin. dioc., et decano ac *Hinrico Wackerplyl*, can. eccl. Wormatien., mandatur ut *Hillungo de Carbach*, can. eccl. s. Ciriaci Nuhusen. extra muros Wormatien., presbyt., collatio decanatus electivi dicte eccl. s. Ciriaci (3 march. arg.), vac. ex eo quod qd. Nicolaus Drucknit dictum decanatum una cum parroch. eccl. in Kelelulg (?), Maguntin dioc., absque dispensatione detinuerat occupatum — electione dicti Hillungi de Carbach, tunc perp. beneficiati in capella s. Stephani Wormatien., in deca-

Datum *Avenione*

num prefate eccl. s. Ciriaci quam capitulum ejusdem eccl., credens decanatum ipsum vacare ex eo quod postmodum qd. Holfricus de Osthonen., pro decano predicte eccl. se gerens, eumdem decanatum, etiam dicto capitulo nec vocato, nec requisito, et Symum (!) de Lucra altare s. Nicolai situm in parroch. eccl. Winhen [lege : Winheim], Wormat[i]en. dioc., in manibus Theodorici, episc. Wormatien., ex causa permutationis faciende ext. Rom. cur. resignaverant, concorditer fecerat, juribus non subsistente, quia dictus decanatus ad Sed. apost. collat. reservatus erat — ab Innocentio PP. VI IV id. maii a. p. X (12 maii 1362) concessa, confirmetur, non obst. quod prefatus Hillungus in dicta eccl. s. Ciriaci canonicatum et prebendam et in capella s. Stephani Wormatien. quoddam perp. benef. s. c. noscatur obtinere ; presentibus litteris, etc. (*A.* 151, f. 33').

Ut s. **4721.** — Officiali Tholosan. mandatur ut *Johanni de Cosnaco,* can. Lomberien., bac. in leg., collatio archipresbyteratus de Brivasaco, Lemovicen. dioc., cum suis annexis, qui, vac. per obitum ext. Rom. cur. Petri de Cayssaco, apost. litterarum scriptoris, per Innocentium PP. VI Stephano, episc. Cuman., qui Petri, s. Marie nove diac. card., capell., commensalis et fisicus erat, concessus fuit et postmodum, litteris apost. non confectis, per promotionem dicti Stephani ad eccl. Cuman. vacavit, a dicto Innocentio kal. jun. a. p. X (1 jun. 1362) concessa, confirmetur, non obst. quod dictus Johannes in Lomberien. et Bajocen. eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere ; presentibus litteris, etc. (*A.* 151, f. 40).

Ut s. **4722.** — Preposito eccl. Florentin. mandatur ut *Sandro Palmerii,* perp. capell. in eccl. s. Petri majoris Florentin., collatio plebanatus c. c. et collegiate plebis s. Marie de Montemignario, Fesulan. dioc. (15 fl. a.), qui, per promotionem Petri ad eccl. Vulteran. vacat., ab Innocentio PP. VI qd. Nicolao Andree, rect. parroch. eccl. Sancti Siri, Fesulan. dioc., reservatus fuit et qui postmodum, dicto Nicolao, litteris apost. non confectis, ext. Rom. cur. vita functo, vacavit, a dicto Innocentio PP. XIX kal. sept. a. p. X (14 aug. 1362) concessa, confirmetur, non obst. quod dictus Sandrus perp. capellaniam in dicta eccl. s. Petri noscatur obtinere ; presentibus litteris, etc. (*A.* 151, f. 60').

Ut s. **4723.** — *Johanni,* nato *Conradi,* comitis Sancti Valentini, can. et prep. eccl. Argentinen., in jure can. scolari, collatio canonicatus et prebende ac prepositure eccl. Argentinen. (etiam si dicte prepositure cura immineat animarum et ad eandem quis consueverit per electionem assumi), vac. per obitum ext. Rom. cur. Luctoldi de Bretkingen, Sed. apost. capell., ab Innocentio PP. VI IX kal. martii a. p. IX (21 febr. 1361) concessa, confirmatur, non obst. quod unum vel plura benef. s. c. ad collat. archiepisc. et capituli Neapolitan. pertinentia expectare et canonicatum, sub expect. prebende, eccl. Neapolitan. obtinere noscatur ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* Avinionen. et Nemausen. episcopis, ac decano eccl. Sancti Felicis, Tholosan. dioc. (*A.* 151, f. 66).

Ut s. **4724.** — *Guillermo Martini,* priori secul. eccl. b. Marie de Salis Bituricen., consideratione Guillermi, s. Marie in Cosmedin diac. card., cujus familiaris continuus existit, collatio prioratus dicte eccl. b. Marie de Salis (etiam si dign. c. c. existat et si ad illam consueverit quis per electionem assumi), vac. per obitum ext. Rom. cur. Gaucelmi Martini, litterarum apost. scriptoris, ab Innocentio PP. VI IV id. jul. a. p. IX (12 jul. 1361) concessa, confirmatur, non obst. quod s. Lazari Avinionen. et s. Martini Aurasicen. secul. eccl. s. c. prio-

Datum *Avenione*

ratus et in Bituricen. eccl. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. s. Martini de Grandicampo, Senonen. dioc., et canonicatu et prebenda eccl. Autissiodoren., super quibus canonicatu et prebenda in Palatio apost. litigat ; presentibus litteris, etc. — *In e.m.* abbati monast. s. Ambrosii Bituricen., et decano s. Agricoli Avinionen. ac cantori Bituricen. eccl. (*A.* 151, f. 67).

14 nov. 1362 (XVIII kal. dec.)

4776. — Episcopo Tervisin. mandatur ut *Francisco Canaza*, presbyt., perp. beneficiato in eccl. s. Juliani de Venetiis, Castellan. dioc., plebanatus collegiate et c. c. plebis s. Cassiani de Venetiis, dicte dioc., vac. per obitum ap. Sed. apost. Andree Bembo, conferatur, non obst. quod dictus Franciscus quoddam perp. benef., « presbyterale » nuncupatum, in dicta eccl. s. Juliani noscatur obtinere. (*A.* 151, f. 23).

22 febr. 1363 (VIII kal. mart.)

4777. — *Martino de Zalna*, can. eccl. Jaccen. et archidiac. de Ausone in eadem eccl., bac. in decr., canonicatus et prebenda eccl. Jaccen. et archidiaconatus de Ausone (etiam si dictus archidiaconatus c. c. existat), vac. per obitum ext. Rom. cur. Jacobi Rafex, in civ. et dioc. Oscen. succollectoris, et ad collat. Sed. apost. reservata — collatione quam Bernardus, episc. Jaccen. (ad quem collatio dictorum canonicatus et prebende ac archidiaconatus alias pertinet), reservationis apost. ignarus, eidem Martino, dicte reservationis similiter nescio, auctoritate ordinaria, Sed. apost. vac., fecerat, juribus non subsistente — conferuntur. — *In e.m.* episcopo Aquen., et decano s. Agricoli Avinionen., ac *Garsie Dunilcieca*, can. Oscen. eccl. (*A.* 151, f. 67').

3 (V non.) *mart. 1363*

4778. — *Hugoni de Rebombigiis*, perp. vicario in eccl. Misnen., perp. vicaria b. Barbare s. c. in eccl. Misnen., vac. per resignationem quam Henricus Porschin in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan., camerarii pape, fecit, ratione permutationis cum dicto Henrico perp. capellanie capelle b. Marie Magdalene s. c. in castro Misnen. — quam, vac. per obitum ap. Sed. apost. Nicolai Ebirhardi, Innocentius PP. VI primo Raymundo de Rebombigiis et subsequenter, dicto Raymundo curiali existente et de civ. Avinionen., ubi tunc dictus Innocentius PP. cum curia residebat, ad locum de Podioalto, Avinionen. dioc., causa recreationis secedente, antequam ad dictam curiam rediret, in dicto loco de Podioalto (loco quidem ultra unam dietam legalem a dicta curia non remoto, in quo proprium domicilium non habebat), dicte capellanie possessione non habita, vita functo, dicto Hugoni de Rebombigiis contulit — quam prefatus Hugo de Rebombigiis, possessione non habita, e.m. resignavit, confertur, non obst. quod prefatus Hugo auctoritate aliarum litterarum Urbani PP.V

Datum *Avenione*

benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad collat. episc. Caturcen. pertinens expectet et quod canonicatum et prebendam in eccl. de Capdroto, Sarlaten. dioc., noscatur obtinere, que canonicatum et prebendam dimittere teneatur, cum dictum benef. assecutus fuerit. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et archidiacono Ganden. Tornacen., et *Guidoni de Pestello*, can. Ruthenen. eccl. (*A.* 151, f. 27).

Ut s.

4779. — *Trerio Juncte*, plebano plebis s. Leonardi de Montechiello, Clusin. dioc., plebanatus dicte plebis s. Leonardi, vac. per resignationem quam Ludovicus Francisci de Malavoltis de Senis, per Johannicium ser Antonii, presbyt. Senen., in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et camerarii Sed. apost., fecit, ratione permutationis cum dicto Ludovico canonicatus et prebende plebis s. Johannis de Lornano, Senen. dioc., que dictus Trerius per Andream Mananelli, can. Aretin., e.m. resignavit, confertur. — *In e.m.* episcopo Senen., et [s. Mostiole] de Turri ac de s. Donato in Podio [lege : s. Michaelis de Podio s. Donati], Senen. dioc., monast. abbatibus. (*A.* 151, f. 75).

4 (IV non.) *mart. 1363*

4780. — *Hugoni de Barreria*, can. et cantori eccl. Albien., canonicatus et prebenda ac cantoria dicte eccl. Albien., vac. per resignationem quam Poncius de Montelauro, licent. in leg., per Johannem de Valleclara, cler. Vivarien. dioc., bac. in decr., in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Thogeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., decr. doct., fecit, ratione permutationis cum dicto Poncio rur. eccl. de Chambone s. c., Anicien. dioc., quam dictus Hugo e. m. per se resignavit, conferuntur. — *In e.m.* archidiacono Conchen. Ruthenen., et decano s. Agricoli Avinionen., ac *Antonio de Fis*, can. Leodien. eccl. (*A.* 151, f. 21).

20 mart. 1363 (XIII kal. apr.)

4781. — *Nicolao de Bucchamaciis*, basilice Principis Apostolorum de Urbe, et *Petro de Columpna* ac *Stephano Normandi*, eccl. Lateranen. can., mandatur ut *Theobaldo de Alisio de Urbe*, can. dicte basilice, qui in jure civ. per III an. studuit et nunc in jure can. studet, consideratione Raynaldi, s. Adriani diac. card., cujus capell. existit, primiceriatus, « scole cantorum » nuncupatus, in eccl. Dompne Rose de Urbe, etiam si dign., off. aut benef. existat, vac. per obitum ext. Rom. cur. Egidii Colette, conferatur, non obst. quod in Ostien. eccl. et in dicta basilica canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissis tamen in Nepesin. et in s. Georgii ad Velum aureum eccl. canonicatibus et prebendis, prout se sponte obtulit. (*A.* 151, f. 70').

21 mart. 1363 (XII kal. apr.)

4782. — Mag. *Raymundo de Caselis*, can. et prep. eccl. Forojulien., bac. in leg., canonicatus et prebenda ac prepositura dicte eccl. Forojulien. (etiam si prepositura ipsa major dign. post pontificalem et ad eam quis consueverit per electionem assumi existat), vac. per resignationem quam Armandus de Langiaco per Bernardum de Marcomba, can. Vasionen., in manibus Guillelmi, tituli s. Laurentii in Lucina presbyt. card., fecit, ratione permutationis cum dicto Armando rur. eccl. s. Andree de Caneto, Forojulien. dioc., ac canonicatus et prebende Mimaten. eccl. que dictus Raymundus per Bartholomeum de Burgueria, presbyt. perp. beneficiatum in predicta eccl. Forojulien., e.m. resignavit, conferuntur, non obst. quod prefatus Raymundus canonicatum et prebendam eccl. Caturcen. noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. Montismajoris, Arelaten. dioc., et *Bernardo de Bosqueto*, can. Caturcen., ac officiali Forojulien. (*A.* 151, f. 21').

7 (VII id.) *apr. 1363*

4783. — *Dydaco Roderici de Heredia*, can. eccl. Gerunden. ac abbati s. Felicis Gerunden. in eadem eccl., bac. in leg., qui in studio Montispessulan.,

Datum *Avenione*

Magalonen. dioc., jura civ. legit, canonicatus et prebenda eccl. Gerunden. ac abbatia s. Felicis Gerunden. in eadem eccl. (que abbatia dign. existit, consueta can. prebendatis predicte eccl. Gerunden. assignari), vac. per obitum ap. Sed. apost. Nicolai, tituli s. Sixti presbyt. card., conferuntur, dimisso tamen, cum dictam abbatiam s. Felicis assecutus fuerit, archidiaconatu de Saldania in eccl. Legionen. ; dimissis vero, cum prefata abbatiam et canonicatum ac prebendam in eccl. Gerunden. assecutus fuerit, canonicatu et prebenda in eccl. Legionen., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* de Silva et Bissoldunen. Gerunden. archidiaconis, ac decano s. Agricoli Avinionen. eccl. (*A.* 151, f. 38').

20 apr. 1363 (XII kal. maii)

4784. — *Jacobo* dicto *li Seignour*, can. et prep. eccl. Viseten., Leodien. dioc., canonicatus et prebenda ac prepositura eccl. Viseten. necnon altare s. Anthonii situm in eccl. s. Dionisii Leodien., vac. per resignationem quam Bartholomeus de Lantins in manibus Arnaldi, archiepisc. Auxitan. et camerarii pape, fecit, ratione permutationis cum dicto Bartholomeo canonicatus et prebende eccl. s. Petri Aycurien., Leodien. dioc., que dictus Jacobus e.m. resignavit, conferuntur, dimissa tamen perp. capellania b. Marie in eccl. de Foubrechie, Leodien. dioc., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* s. Agricoli Avinionen. et s. Martini decanis, ac cantori Majoris Leodien. eccl. (*A.* 151, f. 44).

25 apr. 1363 (VII kal. maii)

4785. — *Wilhelmo Horboch*, can. et prep. eccl. b. Marie Hamburgen., Bremen. dioc., bac. in decr., prepositura dicte eccl. b. Marie (30 march. arg. sec. com. ext.) — que dign. c. c. ad quam quis consuevit per electionem assumi, existit — que ad collat. Sed. apost. non. jan. (5 jan. 1363) reservata fuit atque postea per obitum ext. Rom. cur. Werneri dicti Miles vacavit, confertur, non obst. quod in dicta eccl. b. Marie canonicatum cum una de majoribus prebendis noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, prepositura eccl. s. Andree Verden. et canonicatu Majoris eccl. Verden. ac perp. capellania in parroch. eccl. s. Catherine Hamburgen., necnon cassis litteris Urbani PP. V per quas dictus Wilhelmus dign., person. vel off. in prefata eccl. s. Marie expectabat. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et abbati monast. in Rossevelde, Bremen. dioc., ac decano eccl. Lubicen. (*A.* 151, f. 26).

Ut s.

4786. — Archiepiscopo Dublinen. et episcopo Laonien. ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. mandatur ut *Ade Cradok*, can. eccl. Limericen., presbyt., in utr. jure provecto, canonicatus et prebenda ac archidiaconatus c. c. eccl. Limericen. (15 l. sterl.), ad collat. episc. Limericen. pertinentia, de quibus, vac. per obitum ext. Rom. cur. Petri Godin, Stephanus, episc. Limericen., providere non potest pro eo quod ipse est majoris excommunicationis sententia innodatus et publice nuntiatus, conferantur, non obst. quod dictus Adam in Corkagen. eccl. canonicatum et prebendam (1 march. sterl.) noscatur obtinere, dimissis tamen, cum archidiaconatum assecutus fuerit, precentoria in eccl. Imelacen. (que dign. existit, 40 sol.) non pacifice obtenta et, si ipsam interim evincat, parroch. eccl. de Novavilla, Clonen. dioc., super qua in Palatio apost. litigat ; dimissis vero, cum archidiaconatum [lege : canonicatum] eccl. Limericen. assecutus fuerit, alio canonicatu in dicta eccl., de quo olim auctoritate ordinaria provisus fuit ; dimisso tandem, cum prebendam eccl. Limericen. assecutus fuerit, canonicatu in eccl. Imelacen. (*A.* 151, f. 47).

Ut s.

4787. — *Radulpho de Frideberg*, can. et decano eccl. s. Katherine in Oppenheim, Maguntin. dioc., presbyt., decanatus dicte eccl. s. Katherine (4 march. arg. sec. com. ext.), vac. per resignationem quam Herbordus dictus Firer per

Datum *Avenione*

Duwinnum de Ostheim, rect. parroch. eccl. in Groningen, Maguntin. dioc., in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., fecit, confertur, non obst. quod in dicta eccl. s. Katherine canonicatum et prebendam noscatur obtinere. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen. et s. Andree Wormatien. ac s. Stephani Maguntin. scolasticis eccl. (*A.* 151, f. 49).

26 apr. 1363 (VI kal. maii)

4788. — *Ferrico Alberti de Sancto Deodato*, archipresbyt. archipresbyteratus Eduen. ac rect. parroch. eccl. de Lucenayo invicem canonice annexorum, Eduen. dioc., dicta archipresbyteratus Eduen. ac parroch. eccl. de Lucenayo, que, vac. per obitum ap. Sed. apost. Bernardi, s. Eustachii diac. card., per Innocentium PP. VI Radulpho de Riperia, cler. Macloven. dioc., collata fuerunt et que postea, litteris apost. non confectis, dictus Radulphus in manibus Petri, s. Marie nove diac. card., resignavit, conferuntur, non obst. quod dictus Ferricus canonicatum et prebendam eccl. b. Marie Magdalene Bisuntin. noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. s. Martini Eduen., et decano eccl. s. Petri Avinionen., ac officiali Eduen. (*A.* 151, f. 35').

28 apr. 1363 (IV kal. maii)

4789. — *Marcho Marcello de Monthono*, archidiac. Mothonen., presbyt., in litteris grecis et latinis erudito, archidiaconatus eccl. Mothonen. (20 fl. a.), vac. per assecutionem a Thoma Fuscharini archidiaconatus eccl. Nicosien., confertur, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. s. Marie Burghirodi, Colocen. dioc. — *In e.m.* Coronen. et Olonen. ac Avalon. [lege : Avellonen.] episcopis. (*A.* 151, f. 28).

5 (III non.) *maii 1363*

4790. — *Stephano Philippi*, archidiac. de Ripa de Silis in eccl. Astoricen., subdiac., in jure can. provecto, archidiaconatus de Ripa de Silis (30 l. t.), vac. ex eo quod Bartholomeus de Carpineto, tunc litterarum apost. scriptor, olim dictum archidiaconatum obtinens, in dictis litteris apost. diversarum falsitatum crimina confessus et convictus fuit judicialiter commisisse, confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Palentin. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. Sancti Martini antiqui, Astoricen. dioc., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* archidiacono de Benevento Oveten., et *Petro Arnaldi*, Palentin., ac *Gundisalvo Petri*, Legionen. eccl. can. (*A.* 151, f. 68').

10 (VI id.) *maii 1363*

4791. — *Reginaldo de Dormano*, nato *Guillermi de Dormano* militis, prep. de Euvertio [lege : Auvertio] in eccl. Carnoten., Aurelianis in leg. studenti, prepositura de Euvertio [lege : Auvertio] in eccl. Carnoten., vac. per resignationem quam Nicolaus Rogerii de Belloforti in manibus Petri, s. Marie nove diac. card., fecit, motu proprio confertur, dimissis tamen canonicatu et prebenda in Belvacen. eccl. — *In e.m. Petro de Chintrio*, can. Cathalaunen., ac Parisien. et Carnoten. officialibus. (*A.* 151, f. 33).

1 (kal.) *jun. 1363*

4792. — *Thome de Eltesle*, archidiac. eccl. Landaven., in utr. jure bac., archidiaconatus eccl. Landaven., vac. per resignationem quam idem Thomas in manibus Guillermi, tituli s. Laurentii in Lucina presbyt. card., fecit, confertur, non obst. quod canonicatum sub expect. prebende in eccl. Lincolnien. noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Elesworth, Elien. dioc., de qua vacat. nuper per litteras Urbani PP. V provisus fuit, si de ea interim provideatur [lege : si eam interim assequatur], prout se sponte obtulit. — *In e.m.* priori de Bernowelle, Elyen. dioc., et Londonien. ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 151, f. 36').

Ut s.

4793. — *Johanni de Fruntzperch* et *Hertwico de Wyzeneck* ac *Hermanno*

Datum *Avenione*

Digni, can. eccl. Patavien., mandatur ut *Alexandro Digni*, can. Frysingen., decr. doct., presbyt., decanatus rur. in Tull, Patavien. dioc., vac. per obitum ext. Rom. cur. Symonis Bokessus, licet Otto dictus Pulcher, cler. Patavien. dioc., dictum decanatum de facto detineat occupatum, conferatur, non obst. quod dictus Alexander in Frysingen. et in s. Sebastiani Magdeburgen. eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. in Wardhon, Patavien. dioc., prout se sponte obtulit. (*A.* 151, f. 37').

9 (V id.) *jun. 1363*

4794. — Officiali Cathalaunen. mandatur ut *Guillelmo de Figueriis*, can. eccl. Cathalaunen., qui in dicta eccl. Cathalaunen. xxv an. spatio diutius laudabiliter vacavit officiis ac in ipsius eccl. jurium tuitione et alias per ipsius industriam et amicorum potentiam hactenus studiose se reddidit et incessanter reddere non desinit multipliciter fructuosum, succentoria prefate eccl. Cathalaunen. (que propter guerras nullius vel modici valoris existit ; tempore pacis 30 l. t.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Johannis de Coala, in civ. et dioc. Cathalaunen. succollectoris, et ad Sed. apost. collat. reservata — collatione dicte succentorie quam Johannes Chambaudi, presbyt. Lemovicen. dioc., habens conferendi ea vice succentoriam ipsam a Petro de Savinhaco, cantore ipsius eccl. Cathalaunen., ad quem collat. succentorie de antiqua et approbata consuetudine alias pertinet, specialem per ejusdem cantoris litteras potestatem, reservationis apost. forsan ignarus, dicto Guillelmo de Figueriis, dicte reservationis etiam nescio, fecit, juribus non subsistente — conferatur, non obst. quod predictus Guillelmus in predicta eccl. Cathalaunen. canonicatum et prebendam noscatur obtinere. (*A.* 151, f. 73').

11 (III id.) *jun. 1363*

4795. — *Ludowico de Nortenberg*, can. Bambergen. ac prep. Veteriscapelle Ratisponen. eccl., presbyt., Caroli, Roman. imperatoris, capell., prepositura dicte Veteriscapelle eccl. (24 march. arg.) — que dign. s. c. reputatur, consueta can. prebendatis Bambergen. eccl. assignari — vac. per assecutionem a Gerardo, electo Nuenburgen., ante promotionem ad eccl. Nuenburgen., prepositure eccl. Madeburgen., que dign. existit, et canonicatus eccl. Bambergen. cum reserv. prebende conferuntur, non obst. quod canonicatum et prebendam eccl. Eysteten. noscatur obtinere, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. Augusten., de quibus auctoritate litterarum Innocentii PP. VI provisus fuit, possessione nondum habita, si interim assequatur. — *In e.m.* preposito Eysteten., et [Eysteten.] ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis (*A.* 151, f. 34').

14 jun. 1363 (XVIII kal. jul.)

4796. — Decano s. Agricoli Avinionen. et *Roberto Cechardi*, can. Abrincen. eccl., ac officiali Carnoten. mandatur ut *Roberto de Freta*, can. eccl. Omnium Sanctorum de Mauritania, Sagien. dioc., in jure can. perito, cum rigore examinis in leg. licent., decanatus dicte eccl. Omnium Sanctorum (17 l. t. sec. taxationem decime ; grossi fructus tempore pacis 25 l. t.) — qui principalis dign. existit et cui cura imminet animarum ac ad quem consuevit quis per electionem assumi — qui per obitum ext. Rom. cur. Johannis le Gaufre per VI menses vel circa vacavit, conferatur, non obst. quod nuper dictus Robertus per Urbanum PP. V de canonicatu cum reserv. prebende eccl. Belvacen., cujus fructus modernis temporibus modici valoris existunt, provisus fuerit. (*A.* 151, f. 42).

22 jun. 1363 (X kal. jul.)

4797. — *Johanni de Stivalibus*, can. et sacriste eccl. Bajonen., canonicatus eccl. Bajonen. cum reserv. prebende et sacristia dicte eccl. (que simplex off. existit, 20 fl. a.), que sacristia per promotionem Guillelmi ad eccl. Bajonne.

Datum *Avenione*

vac., conferuntur. — *In e.m.* priori s. Nicolai Bajonen., et *Johanni Mercerii*, can. eccl. Engolismen., ac officiali Bajonen. (*A.* 151, f. 71').

23 jun. 1363 (IX kal. jul.)

4798. — Mag. *Ubaldino Cambii*, priori secul. et collegiate eccl. s. Stephani ad Pontem Florentin., scriptori pape, in jure can. scolari, prioratus secul. et collegiate dicte eccl. s. Stephani (c. c. et ad quem quis consuevit per electionem assumi), qui ad collat. Sed. apost. II kal. maii (30 apr. 1363) reservatus fuit et postea per obitum ext. Rom. cur. Ghini Bonaguide vacavit, confertur, cum obligatione faciendi personalem residenciam in dicto prioratu vel accedendi ad aliquem locum partium Tuscie, quo studium viget generale, et, cessante fraude, studendi in eodem. — *In e.m.* episcopo Viterbien., et abbati monast. s. Salvatoris Camaldulen., ac priori s. Michaelis Berteldi Florentin. (*A.* 151, f. 31).

28 jun. 1363 (IV kal. jul.)

4799. — *Jacobo*, nato qd. *Johannis de Casertino*, archipresbyt. c. c. et non collegiate plebis s. Anxiani de Pinu, Bononien. dioc., in sacerdocio constituto, archipresbyteratus dicte plebis s. Anxiani de Pinu, vac. per obitum ap. Sed. apost. Johannis de Carpanis de Mediolano, confertur. — *In e.m.* preposito eccl. s. Stephani de Prato, Pistorien. dioc., et s. Laurentii in Collina, Bononien. dioc., ac s. Petri de Bagnacavallo, Faventin. dioc., plebum archipresbyteris. (*A.* 151, f. 51).

1 (kal.) *jul. 1363*

4800. — *Francisco de Sancto Germano*, can. et sacriste eccl. Sedunen., canonicatus et prebenda ac sacristia (que simplex off. existit) eccl. Sedunen. (25 fl. a.), vac. per obitum ap. Sed. apost. Bernardi, s. Eustachii diac. card., conferuntur, dimisso tamen altari s. Anthonii in eccl. Gebennen. — *In e.m.* episcopo Morinen., et priori s. Victoris extra muros Gebennen., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 151, f. 61).

3 (V non.) *jul. 1363*

4801. — *Ottoni*, nato qd. *Ottonis* burgravii de Wittin, can. et cantori eccl. Maguntin., presbyt., consideratione Caroli, Roman. imperatoris ac Boemie regis, cujus capell. continuus commensalis existit, canonicatus eccl. Maguntin., cum reserv. prebende (130 fl. a.), et cantoria dicte eccl. (30 fl. a.) — que cantoria (consueta can. predicte eccl. assignari et que dign. ad quam quis consuevit per electionem assumi existit) per promotionem Theodorici ad eccl. Wormatien. vac. — conferuntur, dimissa tamen, cum canonicatum et cantoriam assecutus fuerit, parroch. eccl. in oppido Pirna, Misnen. dioc. ; dimissis vero, cum canonicatum et prebendam ac cantoriam assecutus fuerit, capellania perp. in capella castri dicti oppidi Pirna et dicta parroch. eccl., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* episcopo Misnen., et s. Agricoli Avinionen. ac s. Gereonis Colonien. eccl. decanis. (*A.* 151, f. 57).

9 (VII id.) *jul. 1363*

4802. — *Bernardo de Brolio*, can. et thesaurario eccl. s. Stephani Narbonen., canonicatus et prebenda ac minor thesauraria dicte eccl. s. Stephani (que thesauraria simplex et s. c. off. existit), vac. per resignationem in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, O.S.B. [lege : Clun. ord.], Lomberien dioc., factam ratione permutationis inter dictum Bernardum parroch. eccl. de Aciaco, Melden. dioc., et Johannem de Fegoust, alias de Aciaco, parroch. eccl. de Anneriis, Ambianen. dioc., ac Guillelmum Morelli (qui per Guillelmum de Attenvilla, cler. Parisien., e.m. resignavit) dictorum canonicatus et prebende ac minoris thesaurarie prefate eccl. s. Stephani, conferuntur, non obst. quod eccl. rur. s. c. b. Marie de Affanhano, Biterren. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* episcopo Biterren., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Narbonen. (*A.* 151, f. 70).

Datum *Avenione*

Ut s.

4803. — Episcopo Zamoren. mandatur ut *Fernando Alfonsi*, can. Salamantin., presbyt., Alfonsi, episc. Salamantin., vicario in spiritualibus, archidiaconatus de Alva in eccl. Salamantin. (15 l. t. sec. com. ext.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Roderici Fernandi de Moncoy, in civ. et dioc. Zamoren. succollectoris, et ad collat. Sed. apost. reservatus — collatione dicti archidiaconatus quam prefatus Alfonsus, episc. Salamantin. (ad quem collatio de antiqua et approbata consuetudine pertinet), reservationis apost. ignarus, eidem Fernando auctoritate ordinaria fecit, juribus non subsistente — confertur, non obst. quod in dicta eccl. Salamantin. canonicatum et prebendam cum prestimoniis et prestimonialibus portionibus (20 l. t.) noscatur obtinere. (*A.* 151, f.71),

12 (IV id.) *jul. 1363*

4804. — *Godescalco Pistoris*, can. Majoris et preposito s. Willehadi Bremen. eccl., canonicatus Majoris eccl. Bremen., cum reserv. prebende ac obedientie consuete ipsius Majoris Bremen. eccl. can. assignari, et prepositura dicte eccl. s. Willehadi, que prepositura (10 march. arg.), consueta can. Bremen. assignari et ad quam quis consuevit per electionem assumi, per obitum ap. Sed. apost. Petri, tituli s. Martini in Montibus presbyt. card., vac., conferuntur, dimissis tamen canonicatu et prebenda eccl. s. Martini Monasterien. — *In e.m.* decano s. Martini Monasterien., et thesaurario s. Johannis Osnaburgen., ac archipresbytero s. Desiderii Avinionen. eccl. (*A.* 151, f. 56).

22 jul. 1363 (XI kal. aug.)

4805. — *Helie de Cursono*, can. et decano eccl. s. Germani Autisiodoren. Parisien., mag. in theol., canonicatus et prebenda ac decanatus eccl. s. Germani Autisiodoren. Parisien. (etiam si dictus decanatus dign. c. c., electiva et principalis existat), que ad collat. Sed. apost. II non. maii (6 maii 1363) reservata fuerunt et postea per obitum ext. Rom. cur. Johannis de Verreria vacaverunt, motu proprio conferuntur, dimisso tamen, cum dictum decanatum assecutus fuerit, archidiaconatu de Meleduno in eccl. Senonen. ; dimissis vero, cum dicta canonicatum et prebendam ac decanatum assecutus fuerit, canonicatu etprebenda eccl. Senonen. — *In e.m.* abbati monast. s. Genovefe Parisien., et Parisien. ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 151, f. 45).

27 jul. 1363 (VI kal. aug.)

4806. — Episcopo Massan. mandatur ut *Petro*, nato qd. *Antonii de Panicciis*, cler. Yporien. dioc., qui per aliquos an. leges audivit, consideratione Nicolai, episc. Tusculan., canonicatus et prebenda ac primiceriatus eccl. Pisan., vac. per obitum ext. Rom. cur. Symonis de Panicciis, capell. continui commensalis dicti Nicolai, conferantur. (*A.* 151, f. 48').

3 (III non.) *aug. 1363*

4807. — *Turibio Fernandi*, can. et decano eccl. Civitaten., in jure can. bac., presbyt., decanatus eccl. Civitaten. ac prestimoniales portiones in dicta eccl. et dioc. Civitaten. (40 l. t. sec. com. ext.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Johannis Martini, in civ. et dioc. Civitaten. succollectoris, conferuntur, non obst. quod in dicta eccl. Civitaten. canonicatum et prebendam ac prestimonia et perp. dimidias portiones (40 l. t. sec. com. ext.), que quotcumque sint pro expressis habeantur, noscatur obtinere, dimissa tamen, cum dictum decanatum assecutus fuerit, parroch. eccl. de Machacon et de Francos, Salamantin. dioc. ; dimissis vero, cum dicta decanatum ac prestimoniales portiones assecutus fuerit, dimidia portione in eccl. Ispalen. et dicta parroch. eccl., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* decano s. Petri Avinionen., et archidiacono Egitanien., ac *Alfonso Fernandi Barroso*, can. Salamantin. eccl. (*A.* 151, f. 54').

4 (II non.) *aug. 1363*

4808. — *Jordano de Nasvalli*, archipresbyt. archipresbyteratus rur. de Inter duo maria, Burdegalen. dioc., archipresbyteratus rur. de Inter duo maria

Datum *Avenione*

(60 l. t. sec. com. ext.), vac. per assecutionem a Guillermo de Lascuno, alias de Mediavilla, parroch. eccl. de Gujano, Burdegalen. dioc., — ratione litterarum Innocentii PP. VI per quas dictus Guillermus de benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad collat. archiepisc. Burdegalen. spectante provisus fuit — confertur, non obst. quod dictus Jordanus benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad collat. episcopi Lectoren. spectans in f. paup. expectet, cassis tamen litteris Urbani PP. V per quas de parroch. eccl. de Gilhaco, Montisalban. dioc., vacat. provisus fuit. — *In e.m.* abbati monast. Salvemajoris et priori de Compriano, Burdegalen. dioc., ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 151, f. 46).

Ut s.

4809. — *Alfonso Martini de Turre de Labaton*, priori secul. et collegiate eccl. Vallisoleti, Palentin. dioc., presbyt., in grammaticalibus provecto, prioratus dicte eccl. Vallisoleti (25 l. t.), vac. per resignationem quam Jacobus Sormerii in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., fecit, ratione supplicationis capituli dicte eccl. Vallisoleti, confertur. — *In e.m.* archidiacono del Alcor Palentin., ac [Palentin.] et Caurien. eccl. cantoribus. (*A.* 151, f. 51').

6 (VIII id.) *aug. 1363*

4810. — *Halzstano Nicolai*, can. et decano eccl. Lincopen., presbyt., consideratione Magni, Swecie, et Haquini, Norwegie regum, quorum capell. commensalis existit, canonicatus et prebenda ac decanatus eccl. Lincopen. — cui decanatui jus presentandi ad Swecie et Norwegie reges canonice pertinet — vac. per resignationem quam Odbernus Johannis in manibus Petri de Banhaco, prioris prioratus de Togeto, Clun. ord., Lomberien. dioc., fecit, conferuntur, dimissa tamen parroch. eccl. Fernabo, Arosien. dioc., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* s. Agricoli et s. Petri Avinionen. decanis, ac archidiacono Scaren. eccl. (*A.* 151, f. 65).

11 (III id.) *aug. 1363*

4811. — *Helie de Claustris*, can. et scolastico eccl. Ulixbonen., canonicatus et prebenda eccl. Ulixbonen. (de quibus, vac. per obitum ext. Rom. cur. Guillelmi de Cavanhaco, apost. Sed. capell. et Camere apost. cler., per litteras Innocentii PP. VI Petrus Beumondi provisus fuit, possessione non habita) et scolastria dicte eccl. Ulixbonen. (quam dictus Petrus obtinebat), que canonicatus et prebenda ac scolastria vac. per resignationem quam predictus Petrus per Petrum Chivalerii, can. Ulixbonen., in manibus Nicolai, s. Marie in Via lata diac. card., fecit, ratione permutationis cum prefato Petro ecclesie s. c., alias « capellania » nuncupate, b. Marie prope Gotz, Petragoricen. dioc., quam dictus Helias de Claustris per Guillelmum de Claustris, cler. Petragoricen. dioc., e.m. resignavit, conferuntur. — *In e.m.* preposito Nemausen., et *Johanni Mercerii*, Engolismen., et *Beymundo Arbyo*, Xanctonen. can. eccl. (*A.* 151, f. 73).

15 aug. 1363 (XVIII kal. sept.)

4812. — Mag. *Petro de Auxeyo*, can. et cantori eccl. Autisiodoren., leg. doct., capell. pape ac causarum Palatii apost. auditori, cantoria dicte eccl. Autisiodoren. (que dign. est ad quam quis consuevit per electionem assumi), vac. per resignationem quam Gaufridus Silvani per Johannem de Rodano, can. eccl. s. Petri Virorum Aurelianen., in manibus Andruyni, tituli s. Marcelli presbyt. card., fecit, confertur, non obst. quod canonicatum et prebendam dicte eccl. Autisiodoren. noscatur obtinere et quod nuper vigore litterarum Urbani PP. V, per quas de canonicatu cum reserv. prebende ac dign. vel person. seu off. eccl. Tornacen. provisus fuerat, prebendam ipsius eccl. Tornacen. tunc vac. acceptavisset et de illa provisus fuisset, possessione tamen non adepta,

Datum *Avenione*

cassis vero, prout voluit, prefatis litteris quoad dign., person. seu off. dumtaxat. — *In e.m.* s. Lupi Trecen. et s. Petri Autisiodoren. monast. abbatibus, ac priori Abbatisville, Ambianen. dioc. (*A.* 151, f. 43').

18 aug. 1363 (XV kal. sept.)

4813. — Mag. *Bernardo de Rodes*, can. eccl. Caturcen. et archidiac. de Vallibus in eadem eccl., licent. in leg., capell. pape ac curie Camere apost. auditori, in decr. bac., canonicatus et prebenda eccl. Caturcen. ac archidiaconatus de Vallibus, vac. per obitum apud Sed. apost. Audoini, episc. Ostien., conferuntur, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, archipresbyteratu eccl. s. Andree Caturcen. et Belvacen., Noviomen. ac Palentin. eccl. canonicatibus et prebendis necnon canonicatu et prebenda eccl. Convenarum, de quibus provisus fuit, possessione nondum habita, si interim assequatur. — *In e.m.* episcopo Convenarum, et Avinionen. ac Caturcen. officialibus. (*A.* 151, f. 52').

20 aug. 1363 (XIII kal. sept.)

4814. — *Johanni de Vayrollis*, can. eccl. Agennen. et archidiac. Vesalmen. in eadem eccl., licent. in leg., canonicatus et prebenda eccl. Agennen. ac archidiaconatus Vesalmen., vac. per obitum apud Sed. apost. Audoyni, episc. Ostien., conferuntur, non obst. quod in Caturcen. et in Ca[r]pentoracen. eccl. canonicatus et prebendas ac de Pesenchis, Carcassonen. dioc., et de Cera, Tholosan. dioc., secul. et non collegiatarum eccl. prioratus s. c. noscatur obtinere, dimissis tamen, cum canonicatum et prebendam eccl. Agennen. assecutus fuerit, canonicatu et prebenda eccl. Meten. ; dimisso vero, cum archidiaconatum Vesalmen. assecutus fuerit, archidiaconatu Meten., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* archiepiscopo Tholosan., et preposito eccl. Tholosan., ac officiali Caturcen. (*A.* 151, f. 62').

21 aug. 1363 (XII kal. sept.)

4815. — *Amalrico de Lautrico*, abbati secul. et collegiate eccl. de Fageto, Auxitan. dioc., bac. in decr., abbatia dicte eccl. de Fageto (que dign. principalis existit), vac. per obitum ap. Sed. apost. Audoyni, episc. Ostien., confertur. — *In e.m.* cancellario Tholosan., et *Amelio Cabiroli*, can. Albien. eccl., ac officiali Tholosan. (*A.* 151, f. 47').

22 aug. 1363 (XI kal. sept.)

4816. — *Hugoni de [S]ancto Amore*, can. eccl. Carnoten. ac archidiac. Dunen. in eadem eccl., licent. in leg., canonicatus et prebenda eccl. Carnoten. et archidiaconatus Dunen., vac. per obitum ap. Sed. apost. Audoyni, episc. Ostien., conferuntur, cassa tamen gratia ab Urbano PP. V nuper facta — super qua littere apost. confecte non fuerunt — per quam canonicatus et prebenda ac archidiaconatus eccl. Bisuntin. vacat. dicto Hugoni reservata fuerunt, quoad canonicatum et prebendam dumtaxat, cum canonicatum et prebendam eccl. Carnoten. assecutus fuerit ; quoad archidiaconatum, cum archidiaconatum Dunen. assecutus fuerit, prout voluit. — *In e.m.* archiepiscopo Ebredunen., et decano eccl. Carnoten. (*A.* 151, f. 50. Le nom du troisième exécuteur a été omis).

25 aug. 1363 (VIII kal. sept.)

4817. — *Johanni Gorse*, can. et decano eccl. s. Salvatoris Harlebeccen., Tornacen. dioc., canonicatus et prebenda ac decanatus dicte eccl. s. Salvatoris, qui decanatus simplex off. existit, vac. per resignationem quam in manibus Petri, tituli s. Anastasie presbyt. card., mag. Petrus de Bosio, scriptor pape, fecit, ratione permutationis cum dicto mag. Petro canonicatus et prebende eccl. Laudunen., que prefatus Johannes e.m. resignavit, conferuntur, non obst. quod in Lemovicen. et in Bajocen. ac in Furnen., Morinen. dioc., eccl. canonicatus et prebendas necnon archipresbyteratum de Tegrado, Caturcen. dioc., noscatur obtinere. — *In e.m.* abbati monast. s. Michaelis de Clusa, Taurinen.

Datum *Avenione*

dioc., et decano eccl. s. Agricoli Avinionen., ac officiali Tornacen. (*A.* 151, f. 42').

28 aug. 1363 (V kal. sept.)

4818. — Episcopo Interamnen. mandatur ut *Francisco Gerarducii*, cler. Amelien., qui pluribus an. Parisius studuit in jure can. et in eo peritus existit, prioratus eccl. Fulginaten. (etiam si dign. c. c. et ad eam quis consueverit per electionem assumi et major post episcopalem existat), vac. per obitum ext. Rom. cur. Raynaldi, electi Fulginaten., conferatur, non obst. quod nuper dictus Franciscus de canonicatu sub expect. prebende eccl. Senen. per alias litteras Urbani PP. V provisus fuisset et quod patiatur in etate defectum, cum in XXII etatis sue an. constitutus existat. (*A.* 151, f. 52).

31 aug. 1363 (II kal. sept.)

4819. — Prepositis s. Petri prope Fuldam et in Holtzkirchen, Herbipolen. dioc., monast. ac eccl. s. Severi Erforden., Maguntin. dioc., mandatur ut *Gysoni de Tanne*, nato qd. *Henrici de Tanne* militis, can. Herbipolen., bac. in decr., archidiaconatus in Melrestad eccl. Herbipolen. (24 march. arg. sec. com. ext., qui dign. c. c. existit, per dicte eccl. Herbipolen. can. solita gubernari), vac. ex eo quod qd. Rudolphus de Wertheim dictum archidiaconatum una cum prepositura eccl. in Oregaw [lege : Oehringen] (que etiam dign. existit) et parroch. eccl. in Wertheim, Herbipolen. dioc., dispensatione non obtenta, per plures an. tenuit, conferatur, non obst. quod dictus Gyso in predicta eccl. Herbipolen. canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. Montis sancte Flore [prope Fuldam], Herbipolen. dioc., prout se sponte obtulit. (*A.* 151, f. 69').

1 (kal.) *sept. 1363*

4820. — *Judoco de Menyn*, decano eccl. b. Marie Curtracen., Tornacen. dioc., presbyt., qui per IX an. vel circiter tam in theol. quam in jure can. studuit, decanatus c. c. dicte eccl. b. Marie Curtracen., qui ad collat. Sed. apost. XV kal. maii (17 apr. 1363) reservatus fuit et postea per obitum ext. Rom. cur. Henrici de Ecclesia vacavit — electione dicti Judoci in decanum predicte eccl. b. Marie, quam capitulum ejusdem eccl., apost. reservationis ignarum, concorditer fecit, juribus non obsistente — supplicatione dicti capituli, etiam si canonicatus et prebenda prefate eccl. dicto decanatui sint unita, confertur, non obst. quod in eccl. s. Donatiani Brugen., Tornacen. dioc., canonicatum et prebendam (10 l. par.) noscatur obtinere, dimissis tamen in eccl. b. Marie de Dam una (18 l. par.) et in eccl. b. Marie Brugen., Tornacen. dioc., alia (n. t.) perp. capellaniis. — *In e.m.* Avinionen. et b. Marie Brugen. et s. Salvatoris de Harlebecen., Tornacen. dioc., eccl. prepositis. (*A.* 151, f. 49').

4 (II non.) *sept. 1363*

4821. — *Hermanno de Wectere*, can. et decano eccl. s. Stephani Maguntin., presbyt., canonicatus et prebenda ac decanatus (10 march. arg.) dicte eccl. s. Stephani, que ad collat. Sed. apost. kal. apr. (1 apr. 1363) reservata fuerunt et postea per obitum ext. Rom. cur. Jacobi dicti Huser vac., consideratione Raymundi, episc. Penestrin., cujus procurator existit, etiam si dictus decanatus electivus et c. c. sit, conferuntur, dimissa tamen, cum dictum decanatum assecutus fuerit, plebania in eccl. Maguntin. ; dimissa vero, cum dicta canonicatum et prebendam assecutus fuerit, capella s. Marie in Herbisleyben, Maguntin. dioc., prout se sponte obtulit. — *In e.m.* [priori ?] s. Firmini Montispessulani, Magalonen. dioc., et preposito eccl. s. Pauli Wormatien., ac officiali Maguntin. (*A.* 151, f. 59).

6 (VIII id.) *sept. 1363*

4822. — Archipresbyteris de Sancto Stephano, Casinen. dioc., et de Spineo, Gaietan. dioc., et de Roccaguillielmi, Aquinaten. dioc., eccl. mandatur ut

Datum *Avenione*

Johanni Jacobi de abbatia de Roccaguillielmi, presbyt., perp. beneficiato in eccl. s. Marie de Roccaguillielmi, archipresbyteratus eccl. Gaietan. (80 fl. a. sec. com. ext.), vac. per obitum ext. Rom. cur. Raynaldi Gattula de Gaieta, conferatur, dimissis tamen in s. Petri de Curulis, Casinen. dioc., et in s. Marie de Roccaguillielmi eccl. canonicatibus, « clericatus » nuncupatis, ac portionibus et medietate capelle s. Thome de Valle [Ri]vetellatis, per duos solite gubernari rect., Aquinaten. dioc., prout se sponte obtulit, necnon cassa assignatione in f. paup. olim facta super provisione dicto Johanni facienda de benef. ecclesiast. c. c. vel s. c. ad collat. episc. Aquinaten. spectante, prout etiam voluit. (*A.* 151, f. 56').

11 (III id.) *sept. 1363*

4823. — *Johanni Bocheti*, can. et archipresbyt. eccl. Pictaven., in utr. jure licent., ratione supplicationis Aymerici, episc. Pictaven., cujus officialis Pictaven. existit, archipresbyteratus dicte eccl. Pictaven., ad collat. episc. Pictaven. alias pertinens, vac. per promotionem dicti Aymerici ad prefatam eccl. Pictaven., confertur, non obst. quod in predicta eccl. Pictaven. cum media et in b. Marie majoris Pictaven. eccl. cum integra prebendis canonicatus noscatur obtinere, super quibus canonicatu et prebenda eccl. b. Marie majoris litigat. — *In e.m.* abbati monast. s. Cipriani et s. Ilarii Pictaven. ac s. Agricoli Avinionen. decanis eccl. (*A.* 151, f. 63').

12 (II id.) *sept. 1363*

4824. — *Gaufrido Leboteiller*, can. et cantori eccl. Andegaven., in utr. jure licent., presbyt., canonicatus et prebenda ac cantoria eccl. Andegaven. (que cantoria dign. reputatur), que ad collat. Sed. apost. IV id. jun. (10 jun. 1363) reservata fuerunt et postea per obitum ext. Rom. cur. Golferii de Tolfous vacaverunt, conferuntur, non obst. quod capellaniam perp. in eccl. Dolen. (n. t., 15 l. t. sec. com. ext.) noscatur obtinere, dimissa tamen parroch. eccl. de Bagarmorvan, Dolen. dioc. (28 l. t.), necnon casso jure super provisione dicto Gaufrido ab Urbano PP. V nuper facta canonicatus, cum reserv. prebende, eccl. Bituricen. et archidiaconatus Castri Radulphi in eadem eccl., super qua provisione littere apost. nondum confecte fuerunt et prefatus Gaufridus multa dampna et expensas subiit pro eo quod de dicto archidiaconatu alter antea provisus fuit. — *In e.m.* s. Albini Andegaven. et s. Melani Redonen. monast. abbatibus, ac decano eccl. s. Agricoli Avinionen. (*A.* 151, f. 58').

20 sept. 1363 (XII kal. oct.)

4825. — Episcopo Lismoren. et Laonien. ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis mandatur ut *Willelmo Bula*, cler. Laonien. dioc., in medicina perito, decanatus eccl. Corkagen. (10 l. t., qui dign. c. c. existit et ad quam quis consuevit per electionem assumi), quem primo, vac. per promotionem Georgii ad eccl. Cassellen., Innocentius PP. VI qd. Thome Elyoth contulit et qui postmodum, litteris apost. non confectis, per obitum ext. Rom. cur. dicti Thome vac., conferatur. (*A.* 151, f. 64).

16 oct. 1363 (XVII kal. nov.)

4826. — Decanis s. Marie ad Gradus Maguntin. et s. Petri in Mosbach, Herbipolen. dioc., ac s. Petri in Aschaffenburg, Maguntin. dioc., eccl. mandatur ut *Johanni*, nato *Oberhardi Ruden* militis, rect. parroch. eccl. in Gamburg, Maguntin. dioc., canonicatus eccl. Herbipolen., cum reserv. prebende, ac archidiaconatus de Kitzingen in eadem eccl. (15 march. arg., solitus ipsius eccl. can. assignari), vac. ex eo quod qd. Andreas de Bruneck, can. dicte eccl. Herbipolen., parroch. eccl. de Beynsgesang, Herbipolen. dioc., et dictum archidiaconatum, canonice sibi collatum, absque dispensatione apost. per multos an. et usque ad obitum suum detinuit, — licet Gotfrydus de Nydeck senior, pre-

Datum *Avenione*

dicte eccl. Herbipolen. can., qui dudum parroch. eccl. in Butingen [lege : Bettingen] et in Kircheim ac in Mulhusen, Herbipolen. dioc., per an. et ultra simul tenuit, dispensatione non obtenta, archidiaconatum predictum sibi collatum de facto adeptus fuerit illumque cum dictis parroch. eccl. et prepositura eccl. in Oregau [lege : Oehringen], Herbipolen. dioc., quam postea etiam de facto fuerat assecutus, aliquamdiu detinuerit et adhuc detineat occupatum — conferantur, dimissa tamen dicta eccl. in Gamburg (15 l. t.), prout se sponte obtulit. (*A.* 151, f. 65').

26 oct. 1363 (VII kal. nov.)

4827. — *Johanni de Bernone*, succentori eccl. Trecen., presbyt., off. succentoris eccl. Trecen. (quod simplex off. existit, n. t., 36 l. t.), vac. per obitum ap. Sed. apost. Johannis de Meldia, confertur, dimissa tamen in eccl. s. Trinitatis de Barro super Secanam, Lingonen. dioc., perp. capellania (n. t.) s. Sacramenti nuncupata. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Petro Mueti*, can. Trecen. eccl., ac officiali Trecen. (*A.* 151, f. 61').

2 (IV non.) *nov. 1363*

4828. — *Johanni* dicto *Welder*, can. et scolastico eccl. s. Stephani Maguntin., scolastria dicte eccl. s. Stephani (30 fl. a.), que dign. existit, vac. per obitum ext. Rom. cur. Wikeri dicti Froysch, in civ. et dioc. Maguntin. collectoris, confertur, dimissa tamen, prout se sponte obtulit, parroch. eccl. in Badin, Spiren. dioc., de qua dudum auctoritate apost. provisus fuit, possessione nondum adepta, si interim assequatur. (*A.* 151, f. 64'. En marge : *Attende executoriam*).

URBANI PP. V
DE DIGNITATIBUS VACATURIS
AN. I (1362-1363) *

8 (VI id.) *nov. 1362*

4829. — *Alfonso Fernandi*, perp. portionario eccl. Toletan., consideratione Egidii, episc. Sabinen., collatio canonicatus et prebende ac thesaurarie eccl. Toletan. necnon prestimonialium portionum ac simplicium benef. in eccl. ac civ. et dioc. Toletan., vac. per electionem Bernardi ad eccl. Conchen., ab Innocentio PP. VI, VIII kal. jun. a. p. X (25 maii 1362) facta, confirmatur, non obst. quod in Logitnen. [lege : Legionen.] eccl. cum prestimoniis canonicatum et prebendam noscatur obtinere, dimissa tamen, cum canonicatum et prebendam eccl. Toletan. assecutus fuerit, integra portione in eccl. Toletan. ; dimissis vero cum thesauraria assecutus fuerit, canonicatu et prebenda eccl. Palentin. ac prioratu c. c. secul. eccl. s. Johannis de Valle de Senis, Imolen. dioc., necnon cassis litteris Innocentii PP. VI quibus canonicatum sub expect. prebende in eccl. Toletan. expectat. — *In e.m.* episcopo Conchen., et decano s. Agricoli Avinionen., ac archidiacono de Regina Compostellan. eccl. (*A.* 151, f. 79').

* Par M.-H. Laurent.

Datum *Avenione*

11 (III id.) *nov.* *1362*

4830. — *Girardo de Calma*, can. Valentin., dispensatori elemosine pape, « panhota » nuncupate, dign., person., off. seu admin. perp., cons. can. eccl. Valentin. assignari (etiam si c. c. in dicta eccl. existat et si ad illa quis per electionem consueverit assumi vel si ad collat. episcopi et capituli Valentin. pertineat) reservatur, non obst. quod in Valentin. et in s. Petri de Burgo Valentin. eccl. canonicatus et portiones canonicales noscatur obtinere, dimissis tamen, prout se sponte obtulit, in eadem eccl. s. Petri prioratu (qui dign. existit) ac eccl. (s. c.) s. Jacobi Daltisser [lege : d'Altisseo], Viennen. dioc., necnon canonicatu et prebenda eccl. Dien. de quibus nuper provisus fuit, si ea interim evincat. — *In e.m.* decano s. Agricoli Avinionen., et *Nicolao Cortesii*, can. Dien. eccl., ac officiali Valentin. (*A.* 151, f. 105').

Ut s.

4831. — Mag. *Gaufredo Fabri*, can. Carnoten., capell. pape et auditori causarum Palatii apost., canonicatus eccl. Carnoten., cum reserv. prebende ac dign., person. seu off. c. c. vel s. c. (etiam si ad illa quis per electionem consueverit assumi), confertur, non obst. quod in Morinen. ac in Dolen. eccl. canonicatus et prebendas noscatur obtinere, dimisso tamen in eccl. Bajocen. subdecanatu, cum dign., person. vel off. c. c. assecutus fuerit ; dimissis vero in eccl. Bajocen. canonicatu, prebenda et subdecanatu, cum prebendam ac dign. vel person. seu off. c. c. assecutus fuerit. — *In e.m.* priori Sancti Martini in Valle Carnoten., et *Robberto de Naysseriis*, can. Remen., ac officiali Parisien. (*A.* 151, f. 114).

18 nov. 1362 (XIV kal. dec.)

4832. — *Segneo Wlostey*, prep. eccl. s. Michaelis in castro Cracovien., vigore reservationis dign. in eccl. Wratislavien. ab Innocentio PP. VI, xvi kal. sept. a. p. VIII (17 aug. 1360), consideratione Caroli, Roman. imperatoris, cujus capell. existit, concesse, prepositura dicte eccl. Wratislavien. (que dign. existit), vac. per obitum Petri de Luna, confertur, non obst. quod super canonicatum et prebendam eccl. Cracovien. litiget, dimissa vero prepositura s. Michaelis in castro Cracovien. ; presentibus litteris a die 17 aug. 1360 valituris, cum tempore Innocentii PP. littere apost. confecte non fuerint. — *In e.m.* episcopo Poznanien., et Cracovien. ac s. Agricoli Avinionen. eccl. decanis. (*A.* 151, f. 86').

19 nov. 1362 (XIII kal. dec.)

